

REME X.

Non est hic opus Summario.

- CHRISTIANI Captivi in triribus Turcarum, vel Hæreticorum ob evitandum mortem sibi aliis imminente, licite remigant contra Catholicos, sarcinas, & arma ad bellum necessaria convehunt, propugnacula ædificant, ad rapinas, & incendia cum dominis infidelibus cooperantur (dummodo servant moderamen inculpatae tutelæ, hoc est, id solum faciant, quod sine gravissimo periculo omittere non possint). Sic probabiliter cum Lessio, Sanchez, Mendo, Busembau, & aliis, La Croix lib. 2. tract. 3. cap. 2. art. 3. num. 250. & 277.
- Remiges coacti fugientes libere ad ecclesiam gaudent Immunitate; & Archiepiscopus ab illorum extractione absteat; Sacra Cong. Immunit. in Neapolitana 27. Augusti 1660. lib. Decret. Rocci pag. 281. in Aquilana 10. Maii 1639. lib. 3. Decret. Paul. pag. 89. in Opiden. 21. Mart. 1645. lib. 5. Decret. pag. 247. Consequenter nec Episcopus sine facultate apostolica potest eos consignare facere; Sac. Cong. Immunit. in Barchinonen. 19. Julii 1661. lib. Decret. Rocci pag. 247.
- Transmissi ad trireres pro reintegracione violatæ Immunitatis debent ad locum immunem, à quo fuerunt extracti, remitti; Sac. Cong. Immunit. in Tropien. 1. Septemb. 1643. lib. 3. Decret. Paul. pag. 209.
- Remiges etiam trirerium Sedis Apostolicæ extracti ab Ecclesia gaudent Immunitate eccles. & sunt restituendi; Sac. Cong. Immunit. in Viterben. 21. Januar. 1676. lib. 1. Decret. Altov. pag. 1201.
- Condemnati ad trireres, qui confugerunt ad ecclesiam ligati isdem catenis, quas ferebant, extracti à militibus, gaudent immunitate, & sunt restituendi; S. Cong. Imm. in Neapolitana 15. Maii 1685. lib. 2. Decret. Altov. pag. 446.
- Licet condemnati ad trireres, & Milites servientes in triribus gaudeant Immunitate; atamen Sanctissimus concedit Episcopo facultatem ad annum eos extrahendi etiam cum coactione, & consignandi, prævia obligatione juratoria non puniendi eos, cum comminatione censurarum in causa contraventionis; Sac. Cong. Imm. in Anconitana 6. Sept. 1672. lib. 1. Decret. Alt. p. 728. & in Januar. 28. Junii 1698. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 159.
- Pariter conceditur facultas, annuente Sanctissimo, ad tempus extrahendi, & consignandi condemnatos ad trireres cum solitis clausulis; Sacra Congreg. Immunit. in Neapolitana 9. Novemb. 1660. lib. Decret. Rocci pag. 296.
- Sacerdos ad trireres Pontificias per decennium condemnatus, aufugiens in carceribus, in quibus adhuc detinebatur, & confugiens in ecclesiam, gaudet immunitate ecclesiastica, quamvis à dicta sententia non appellaverit; Sacra Cong. Immunit. in Anglonen. 22. Junii 1660. lib. Decret. Rocci pag. 260.
- Remes coactus confugit ad ecclesiam, ex gratia specialissima, facto verbo cum Sanctissimo, conceditur remitti ad trireres, ita tamen ut in aliquo non possit puniri ratione fugæ, & declaratur ipsum gaudere debere immunitate ecclesiastica; Sac. Cong. Immunit. in Neapolitana 14. Augusti 1634. lib. 2. Decret. Paul. pag. 198.
- Ex gratia speciali mandat Episcopo, ut sibi consilio de concludenti probatione delicti, & facta per ipsum desuper declaratione, faciat consignare curiæ seculari reum die præcedenti à transmissione ad trireres condemnatum, prævisi promissionibus, & cautelis solitis, & signanter quod finito tempore condemnationis rei ad trireres, restituatur eidem ecclesie; à qua fuit extractus; Sac. Cong. Immunit. in Savon. 21. Novemb. 1635. lib. pag. 239.
- Datur facultas, annuente Sanctissimo, extrahendi ad formam cap. Inter alia, de Immunit. mancipatos

servitio trirerum, & consignandi eorum Capitaneo cum solitis clausulis; Sac. Cong. Immunit. in Melevis. 5. Jul. 1668. lib. 1. Decret. Altov. pag. 278. in Taurin. 9. Sept. 1670. ibi pag. 478.

Condemnati ad trireres extracti à Laicis gaudent Immunitate, & ideo sunt restituendi ecclesie, & secuta restitutione, pro hac vice tantum datur facultas eos extrahendi, & consignandi ministris laicis, dato juramento de non puniendo pro fuga; Sac. Congregat. Immunit. in Taurin. 8. Novemb. 1687. lib. Decret. Martel. pag. 187.

Remes coactus, extractus sine facultate apostolica restituatur, & deinde datur facultas eum extrahendi ad formam cap. Inter alia: Sac. Cong. in Surina 17. Junii 1673. lib. 1. Decret. Altov. pag. 812. in Januens. 28. Januar. 1608. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 159.

Mandante Sanctissimo, datur Nuntio facultas etiam cum potestate subdelegandi Episcopos ad effectum extrahendi remiges trireris pontificie, qui arripuerunt fugam occasione naufragii, ac confugerunt ad loca Immunita; Sac. Cong. Immunit. in Neapolitan. 9. Novemb. 1699. lib. 2. Decret. Vallem. pag. 55.

Annuente Sanctissimo, conceditur facultas Episcopo extrahendi remiges spontaneos, dictos di buona voglia, ab ecclesiis, & locis immunibus ad formam, cap. Inter alia, de Immunit. dummodo pro delictis, ob quæ confugerunt, & pro fuga fiat promissio non puniendi; Sacra Congreg. Immunit. in Melevisiana 3. Decemb. 1674. lib. 1. Decret. Altov. pag. 1035.

Renovantur facultates pro extractione remigum à locis immunibus pro duodecim casibus; Sacra Cong. Immunit. in Neapolitana 1. Martii 1692. lib. Decret. Grim. pag. 94.

Remes coactus extractus de mandato Sanctissimi restituatur in alia ab ecclesia extractionis, deinde extrahitur, & consignatur officialibus trirerum cum solitis clausulis; Sac. Cong. Immunit. in Viterben. 12. Januar. 1694. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 200.

Ad trireres damnatus, licet non remigaverit, quando delictum, propter quod damnatus fuit, infamiam irrogat, expleto tempore, non est rehabilitandus ad exercitiam ordinum; Sac. Cong. Immunit. in Romana, seu Ravellen. 6. Julii 1726.

(Per hoc verbum fit transitus ad trireres, eo quod illorum est officium remis incumbere; aliquis in locis præsertim, verb. Fur, vers. Hodie vero: in addit. hispan. animadversum existit, neminem ad trireres relegari posse, cum non subsistant: prædicta adnotatio hispanica in edition. 2. ann. 1783. facta etiam continetur: comprehendit nequibat ann. 1785. stabilitum: ideo non erit admiratione dignum, posteriori hic subnectere. Nulli in dubium venit pacem inter nostrum Regem Catholicum, regionesque aliquas africanas, scilicet Mauritaniam, Byzantinam, & Tripolim (non deficit locus ubi orta ex hac unione referantur commoda) esse initam: est intentum, cum Algerio Mahumetano amicitiam conciliare: consilium hoccine si ad effectum pervenerit, aures pertingit, sed tale assertum comprobare non audeo: immo contrarium nos edocuit libellus vulgo Gazeta num. 7. ann. 1785. * utpote instaurationem trireres meruerunt, ad contendendum viriliter in Algerianos pyratam exercentes.

* Ha resuelto el Rey restablecer en su armada las Galeras para esforzar mas el corso contra los Argelinos; y en su consecuencia se ha comunicado esta Real determinacion à todos los Tribunales y Juzgados del reyno, para que volviendo à su fuerza y vigor la pena à ellas prescrita en las leyes, y que se practicaba antes de su reforma, se imponga à los reos la que merezcan.

REPRESENTATIONES AN, ET QUÆ FIERI POSSINT IN ECCLESIIS?

Vide verb. Ecclesia, art. 5. à num. 49. ad 52.

RE-

REPUDIUM.

- Repudium in Veteri Testamento permissum fuit Judæis ob eorum cordis duritiam; Benedict. XIV. tom. 2. constit. 38. incip. Apostolicis ministerii. Sed in nova lege Gratia vitium est; Idem ibid. Repudii libellum non licet Judæis ad fidem conversis dare uxoris in Judaismo remanentibus; Idem ibid. Repudii libellum, si quis neophytus Rabinicis superstitionibus inveniatur dedisse uxori recusanti se convertere, in eum tantquam Judaizantem animadvertendum esse statuitur; Idem ibid. Si autem id fecerit coram Notario, & testibus Christianis, minori pena pieciendus erit; Idem ibidem.

RESCRIPTUM.

SUMMARIUM.

- RESCRIPTUM quid importet, & sit: ejus divisiones: quod discrimen inter gratia, & justitia rescripta: quando præsentanda: quomodo intelligenda, atque interpretanda, ad num. 23.
- An sint nulla per obreptionem, & subreptionem obtenta: quas ob causas hujus qualitates asseruntur: que differentia inter hæc qualitates constituitur, ad num. 33.
- Error latinitatis in eis quem effectum producat: quando error in aliis documentis vitium nullum contrahat, ad num. 37.
- Rescripta contra jus an sint alicujus firmitatis: quid, si rasura in loco suspecto reperitur: justitia, quando expirant, aut perpetuantur eorum effectus, ad num. 41.
- Quando gratia seu ad beneficia rescripta, ad concedenda beneficiis, Sedis Apostolicæ, personæ aut dignitatis, sive cum aliis clausulis que referuntur, expirant, ad num. 48.
- Alia ad renuntiationem, & revocationem concernentia exponuntur, remissive.
- Novæ addit. ex aliena manu subnectuntur, ad n. 65.

- RESCRIPTUM vi nominis importat omnes responsiones ad quancunque petitionem scripto datas; Unde in hoc sensu Rescriptum idem significat, ac Responsum scriptum, quod nimirum rescribitur absentibus, & sic etiam scriptæ epistolæ responsoria privatorum rescripta dici possunt; Gregor. Tholosan. lib. 1. de rescript. num. 4. Pirhing. lib. 1. Decret. tit. 3. §. 1. Reiffent. ibid. num. 2. & alii passim. In proposito autem non de privatorum, sed supremorum Principum rescriptis est sermo. Et rescriptum sic captum est Responsum à supremo Principe ad consultationem, relationem, vel supplicationem alterius in scripto datum, sic dictum, non quasi iterum scribatur, sed quasi responsum scriptum; Colligitur ex leg. Appellandi usus 1. §. 1. & 2. ff. de appellat. & relat. Abbas ad Rubric. de rescriptis num. 2. Hostiens. ibid. Azotius pars. 1. instit. moral. lib. 5. quest. 1. Pirhing. loc. cit. num. 1. Reiffent. loc. cit. num. 2. & alii communiter.
- Rescriptum dividitur in rescriptum Justitiæ, & in rescriptum Gratia; Communissima. Rescriptum Justitiæ est illud, quod datur ad explicandum, seu declarandum Jus pro justitia administranda in decisione causarum inter partes; Est in re communis. Rescriptum Gratia est illud, quod ex mera gratia, & liberalitate Principis datur ad obtinenda beneficia, & alias consimiles gratias; Est in re communis.
- In apostolicis rescriptis Justitiæ apponi solet filum cannavis, in quo plumbum pendet. In rescriptis vero Gratia apponi solet filum sericum. Unde in cap. Quam gravi 6. de crimine falsi dicitur, quod ad deprehensionem falsi filium bullarum sit diligenter inspiciendum; Engel lib. Decret. tit. 3. num. 17. Rebuff. in praxi be-

neficiorum in tit. differentia inter rescripta gratia, & Justitia, & alii passim.

Rescripta tum Justitiæ, tum gratia impetrare potest omnis ille, qui non reperitur expresse à Jure prohibitus; Communis; arg. cap. Jam nunc 8. caus. 28. q. 1. & cap. Non indiscrete 1. de Procurator. in 6. Dicta 8 tamen rescripta impetrare prohibentur Hæretici; leg. 9 Nullus 2. Codic. de Summa Trinitate. Item rescripta impetrare prohibentur excommunicati excommunicatione majori; cap. Dilectus 26. de rescriptis. Unde rescripta impetrata ab excommunicatis ipso Jure sunt nulla, nisi in causa ipsius excommunicationis, vel appellationis sint impetrata, textu expresso in cap. Ipso jure 1. de rescriptis in 6.

Rescripta Justitiæ, seu ad lites sunt præsentanda intra annum, postquam impetrans habuerit copiam Judicis delegati; alioquin valet secundum rescriptum ab adversario impetratum, etiam non facta mentione de primo; Communis; textu expresso in cap. Si autem 9. & c. Plenimque 23. de rescriptis.

Rescriptis autem gratia, & ad beneficia non est certum tempus in Jure præfixum, quo presentari debeant; cap. Si autem 9. de rescriptis; & ibi DD. communiter. Dummodo tamen impetrans per notabilem negligentiam, aut dolum, seu malitiam diutius, seu longius uti non postposuerit; quia si interim aliquis impetraverit aliud contrarium rescriptum, tunc secundum impetrans in assecutione beneficii præferendus esset primo; Communis, per text. in c. Ubi gratiam 12. de rescriptis in 6. ibi. Dum tamen dolus tibi non possit, vel notabilis negligentia imputari; & cap. Si Clericus 11. de preb. in 6. ibi. Cum facta ei gratia per ipsius negligentiam sit extincta.

Quando autem aliquis debeat dici negligens in præsentandis rescriptis gratia, relinquatur arbitrio Judicis dijudicandum, inspecta qualitate personæ, & loci distantia, ac qualitate causæ; argum. cap. Cum sit Romana 5. de appellat. Glossa in cit. cap. Si Clericus 11. de prebend. in 6. in verb. Negligentia: per textum notabilem in leg. Continuus §. Cum ita, ff. de verb. obligat. Panormitanus in cit. cap. Si autem 9. de rescriptis num. 4. Alexander lib. 1. const. 10. n. 15. Menochius de Arbitr. Judic. caus. 204. num. 4. Engel lib. 1. Decret. tit. 3. n. 23. Reiff. ibid. n. 66. & alii passim.

In rescriptis Justitiæ attenditur & inspicitur tempus Præsentatæ, seu factæ presentationis. Communis, per text. in cap. Ut debitus 59. de appellat. In his enim rescriptis Justitiæ subintelligitur tacita conditio, si presententur; arg. cap. Super eo 12. de appellat. ibi: Si autem infra certum tempus lis decidenda committitur, ex tunc terminus incipit currere, cum Judices contigerit literas recepisse.

In rescriptis autem gratia attenditur, & inspicitur tempus Data. Communis, per text. in cap. Eam te 7. de rescriptis, ibi: Quod nullatenus fecisse deberes, si Datum literarum diligentius attendisses, & concordat cap. Constitutus 19. juncta Glossa ibidem, verb. Impetrasse, de rescriptis, & cap. Eum cui 7. de prebend. in 6. in ejus Summario sic expresse habetur: In impetratione beneficiorum inspicitur Data, non presentatio, vel receptio, & clare habetur decisum in cap. Si eo tempore 9. de rescriptis in 6. ubi Pontifex resolvit, quod virtute rescripti beneficiis non possit conferri beneficium Curatum illi, qui tempore Data ipsius rescripti nondum habeat ætatem idoneam ad illud, etiam si postmodum fuerit effectus legitime ætatis, reddita hac ratione: Cum tempore Data ipsarum adhuc non esset idoneus, & in ejus Summario expresse dicitur: "In literis ad beneficia imperatis inspicitur tempus Data. Unde per illas beneficium Curatum obtinere non poterit, qui licet nunc sit major, illo tempore minor erat."

Rescripta omnia tum Justitiæ, tum Gratia, sicuti & privilegia, quando verba sunt clara, intelligenda sunt, & interpretanda secundum propriam significationem, & communem usum loquendi; leg. Licet Imperator, ff. de Legatis 1. & leg. Illæ, aut illa, ff. de Legatis 3. cap. Ad audientiam 12. de decimis, cap. Porro 7. de privileg.

Res-

18 Rescripta Justitiæ, seu ad lites in dubio, si de contraria voluntate rescribentis non constat, intelligi, & interpretari debent secundum Jus commune, ita ut ab illo nullimode recedatur, quamvis necessarium foret à verborum proprietate recedere, vel clausulam adjectam transponere; c. Causam 18. de rescriptis, ubi circa hoc habetur casus, & decisio singularis, ut notat. *ibid.* Abbas n. 1. Felin. n. 9. Fagnan. n. 4. Pirhing. lib. 1. Decret. tit. 3. n. 15. Reiffenstuel. *ibid.* n. 120. & alii communiter. Et ratio est, quia rescripta Justitiæ, seu ad lites dantur ad Juris observantiam. Unde in dubio non censetur Papa, seu Princeps velle decernere aliquid juri communi contrarium, quia mens Principis censetur esse talis, qualis de jure esse debet; l. Ex post facto 33. ff. de vulg. & pupil. substit. Adeoque in tali casu, si ordo, aut constructio verborum aliam explicationem, aut sensum non admittat, nisi qui sit contrarius Juri communi, potius presamendum est, per errorem scriptoris verba esse transposita, vel aliter mutata, cujusmodi error veritatis obesse non debet; leg. Errore 7. §. l. Ambiguitates 24. Cod. de testament.

19 Præterea rescripta Justitiæ, seu ad lites sunt stricte interpretanda, nec ad casum, vel personam in rescripto non expressam sunt extendenda. Glossa communiter recepta in cap. Nonnulli 28. verb. Lites restringendæ, de rescriptis, c. Cum olim 32. §. c. P. & G. de offic. & potest. Judic. Deleg. c. Quod alicui 74. de regul. Juris in 6. Pirhing. loc. cit. n. 17. Reiffenstuel. loc. cit. n. 121. Felinus in cit. cap. Causam 18. de rescriptis num. 8. & alii passim. Et ratio est, quia per rescripta Justitiæ, seu ad lites detrahitur jurisdictioni Judicium Ordinariorum, simulque per ea præbetur ansa, & materia litigandi, adeoque merito censeri debent odiosa, cum omnis recessus à Jure communi censetur odiosus; cap. Is qui 1. §. c. Si quis 2. de filiis Presbyterorum in 6. sicque restringenda, & non extendenda; cap. Odiā 15. §. cap. Quæ à Jure 28. de regul. Juris in 6.

20 Rescripta gratiæ, quæ nemini præjudicant, sunt, generaliter loquendo, late interpretanda. Communis, textu expresso in l. Beneficium. ff. de constitutionibus Princip. c. Cum olim 16. de verb. signif. c. Quia circa 22. de privi. c. Quamvis 4. de præb. in 6. §. cap. Odiā 15. de regul. Juris in 6. ibi: Favores conveniunt ampliari.

21 Rescripta autem impetrata ad beneficia ecclesiastica obtinenda sunt stricte interpretanda, & restringenda, quia sunt ambitiosa, seu per ambitionem impetrari solent. Communis, textu expresso in cit. c. Quamvis 4. de præbend. in 6. ibi: "Quamvis plenissima sit aliis in beneficiis interpretatio faciendā, literæ tamen super obtinendis beneficiis debent, cum sint ambitiosæ, restringi."

22 Unde ad rem habentur exempla valde notanda; c. Cui de non sacerdotali præbenda provideri mandatur, si ubi etiam volenti sacerdotalis auctoritate mandati hujusmodi conferri nequibit. Similiter, si in Ecclesia, in qua integræ, ac dimidiæ præbendæ habentur, mandetur integræ conferri præbendā, quamquam ille, pro quo scriptum exitit, dimidia velit esse contentus, nec de ipsa non poterit provideri. Idem cum injungitur provideri alicui de præbenda certi valoris, etiam illo volente, mandatum non possit adimpleri; non enim hujusmodi mandata (quorum fines diligenter servari oportet) debent ad casus alios, quam expressos extendi.

23 Quælis autem interpretatio faciendā sit in rescriptis, quæ habent vim privilegii? Vide verb. Privilegium, art. 2. à num. 19. ad 28.

24 Rescripta gratiæ, & ad beneficia per subreptionem vel obreptionem obtenta, sunt ipso Jure nulla. Communis, per text. in cap. Constitutus 19. §. cap. Ad audientiam 31. de rescriptis, c. Si is 2. de filiis Presbyterorum in 6. ibi: "Talis dispensatio... veluti per subreptionem obtenta nullius penitus est momenti, c. Si metu 23. de præbend. in 6. ibi: Ipsam (gratiam) veluti subreptitiam vires nolumus obtinere." Clement. Si dignitatem 1. de præbend. ibi: "Gratia hujusmodi veluti subreptitia nullius penitus est momenti."

Rescripta autem Justitiæ, seu ad lites, per subreptionem etiam dolosam non vitiatur ipso Jure, sed dumtaxat ex exceptionis, id est, valida sunt, donec Adversarius, contra quem impetrata sunt, de subreptitia demonstret. Communis, per text. in cap. Si autem 9. §. cap. Plerumque 22. de rescriptis, ubi habetur, quod si posterius rescriptum ad alios Judices impetretur, non facta mentione prioris rescripti, per exceptionem rejici potest, nisi is, qui prius rescriptum impetravit, eo per annum dolo vel negligentia uti intermittat.

Ratio autem hujus discriminis inter rescripta gratiæ, & Justitiæ est, quia in rescriptis gratiæ non est pars, quæ possit excipere de subreptione. Unde cessante provisione hominis, necesse fuit, ut lex ipsa provide-ret, ipso Jure hujusmodi rescripta subreptitiæ obtenta irritando, & cassando, ut sic falsus Precator consue-ret suæ conscientiæ per cessionem beneficii, ut notat glossa in cap. Cum pridem 10. de remissione verb. Sed dumtaxat: At vero in rescriptis Justitiæ, seu ad lites adest pars, cujus interest, quæ potest de eorum subreptione excipere, & appellare. Unde stante provisione hominis, non fuit necesse, ut lex provide-ret per irritationem hujusmodi rescriptorum; Fagnan. in cit. cap. Ad audientiam 31. de rescriptis, n. 37. Pirhing. loc. cit. num. 85. Reiffenstuel. loc. cit. num. 173. & alii; qui afferunt alias rationes discriminis apud ipsos videndas.

Rescripta sive Justitiæ, sive gratiæ, generatim loquendo, duas ob causas fiunt subreptitiæ, seu obreptitiæ. Primo ob tacturnitatem veritatis ad rem per se, seu intrinsece pertinentis, adeoque necessario exprimen-dæ. Secundo per expressionem falsitatis idem per se, & intrinsece ad rem spectantis; cap. Super literis 20. de rescriptis: ibi: "Tacta veritate vel suggesta falsitate: §. infra: Falsitatem exprimum, vel suppri-munt veritatem. Et infra: Si vero per hujusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis." Et colligitur etiam ex leg. Præscriptione 2. Cod. Si contra Jus, leg. Quidam 1. Cod. Si nuptiæ, ex rescripto, leg. Si quis obrepsit 29. ff. ad Leg. Cornel. de Falsis.

Inter obreptionem, & subreptionem nonnulli volunt, ad-adesse hanc differentiam, quod nempe obreptio committitur per narrationem, seu expressionem falsi, & subreptio per tacturnitatem veri necessario exprimen-di, vel quando per confusam, aut perplexam, seu callidam ejus narrationem occultatur. Sic plures Doctores apud Menoch. de Arbitr. Judic. caus. 201. n. 9. Sanchez lib. 8. de Matrim. disput. 21. num. 2. Barbosa in cit. cap. Super literis 20. de rescriptis. num. 3. qui proinde addunt, quod majus est vitium obreptionis, quam subreptionis, cum gravius sit falsum exprimere, quam verum tacere; Quam differentiam semper menti tendendam vult Abbas in cap. Cum dilecta 22. de rescriptis num. 7.

Alii autem fere communiter volunt, quod obreptio, & subreptio sint termini synonymi, & indifferenter, ac promiscue illos usurpant, appellando omnia rescripta male impetrata obreptitiæ, vel subreptitiæ, sive falsum in his narretur, & exprimat, sive veritas necessaria explicanda taceatur. Ita Abbas in cit. cap. Cum dilecta 22. de rescriptis num. 7. Fagnan. in cit. cap. Super literis 20. de rescriptis num. 5. cum pluribus ibi citatis, Jason in citat. leg. Præscriptione 2. Cod. Si contra Jus, num. 1. Decius in citat. cap. Super literis, numer. 1. Menochius de Arbitr. Judic. cas. 201. numer. 10. ubi alios plures allegat, Pirhing. loc. citat. numer. 86. in fine, Reiffenstuel. loc. cit. num. 155. Sanchez lib. 8. de Matrim. disput. 21. num. 2. & alii. Et hoc colligitur ex pluribus Juribus, tam canonicis, quam civilibus, in quibus obreptio, & subreptio pro synonymis, & idem importantibus accipiuntur; Et quidem sic accipiuntur in cap. Quisvius metus 79. caus. 11. quest. 3. ibi: "Uterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit", & idem ipsissimis verbis habetur in cap. Falsidicus 1. de crimine falsi, & clarius ha-

habetur in cit. cap. Super literis 20. de rescriptis, ubi per totum purificatur tacturnitas, veri ceteroquin de Jure exprimendi, & narratio, seu expressio falsi, uti notat Fagnanus *ibid.* num. 25. cum aliis, & patet ex verbis textus adductis supra num. 26. Idem habetur ex leg. Quidam 1. Cod. Si nuptiæ ex rescripto, ubi eadem rescripta modo obreptione precum, modo subreptione precum impetrari dicuntur. Item ex leg. Si quis obrepsit 29. ff. De Lege Cornelia, de falsis, ibi: "Si quis obrepsit Præsidi (veritatem in precibus ab eo datis non ad-jiciendo) perinde punitur, atque si falsum fecerit. Item leg. Præscriptione 2. Cod. Si contra Jus, ibi: "Sive in Juris narratione mendacium reperitur, sive in facti, sive in tacendi fraude pro tenore veritatis non deprecantibus affirmatione datum Judicem cognoscere debere."

Obreptio, seu subreptio dolosa vitiat rescriptum in totum. Communis, per textum expressum in cap. Super literis 20. de rescriptis, ibi: "Qui priori modo (id est, per fraudem, vel malitiam) falsitatem exprimum, vel suppressim veritatem, in suæ perversitatis poenam nullum ex illis literis commodum consequatur." Et ratio est, quia fraus, & dolo nemini patrocinari debent: cap. Sedes 15. §. cap. Ex tenore 16. de rescriptis, cap. Ex literis 2. de dolo, & contumacia; cap. Tuæ 12. de Clericis non resident. leg. In fundo, ff. de rei vindic. leg. Cum hi, ff. de transactionibus, leg. Si legatarius, Cod. de Legatis, cum similibus.

Obreptio, seu subreptio ex ignorantia, vel simplicitate vitiat rescriptum in totum, si Pontifex, vel Princeps, cognita veritate, nullo modo dedisset tale rescriptum. Communis, per textum expressum in cit. cap. Super literis 20. de rescriptis, ibi: "Si vero per hujusmodi falsitatis expressionem, vel suppressionem etiam veritatis (ex ignorantia, vel simplicitate) literæ fuerint impetratæ, qua tacita, vel expressa Nos nulla pro-sus literas dedissemus, à Delegato non est aliquatenus procedendum." Unde Felinus in Summario in citat. cap. Super literis... expresse dicit: "Subreptio, si processit ex simplicitate, vel ignorantia, eatenus vitiat, quatenus fuit causa concessionis." argument. leg. Adigere 5. §. 2. ff. de Jure Patron. cap. Cum cessant. oo. de appellat. cum similibus.

Obreptio, seu subreptio ex ignorantia, vel simplicitate non vitiat substantiam rescripti, si Pontifex, vel Princeps aliàs expressa veritate, vel tacita falsitate adhuc ipsum rescriptum concessisset. Communis, per textum expressum in citat. cap. Super literis 20. de rescriptis, ibi: "Si talis expressa sit falsitas, vel veritas occultata, quæ quamvis fuisset tacita, vel expressa, Nos nihilominus (saltem in forma communi) literas dedissemus; Delegatus non sequens formam in literis ipsis appositam, secundum ordinem Juris in causa procedat."

Et hoc locum habere nedum in rescriptis Justitiæ, & ad lites, sed etiam in rescriptis gratiæ, & ad beneficia, tenent Abbas in citat. cap. Super literis numer. 5. Felinus *ibid.* n. 2. citans Butrium, Immolam, & alios, Fagnan. *ibid.* num. 54. & seq. citans multiplicem decisionem Rote; Reiffenstuel. lib. 1. Decretal. tit. 2. à num. 161. ad 169. ubi solvit contraria; Engel. *ibid.* numer. 22. & alii per text. in cap. Si eo tempore 9. de rescriptis in 6. cap. Si pro Clericis, & cap. Dudum 14. §. Nos igitur, de Præbend. in 6.

Error manifestus, & gravis latinitatis vitiat rescripta Apostolica. Communis, per expressum textum in cap. Ad audientiam 11. de rescriptis: ibi: "Quibus literis, quoniam manifestum continent in constructione pec-catum, fidem te nolumus adhibere?" Cum enim rescripta apostolica transeant per multas manus, magna que maturitate consilii decoquantur, sive concipiuntur, cap. Apostolicæ 4. caus. 35. quest. 9. §. ibi Glossa verb. Decoquantur... non est verisimile, quod ex tam multis doctis, & cautis officialibus, nullus viderit manifestum, & gravem errorem latinitatis; aut si viderit, ipsum reliquerit incorrectum; adeoque stat fundata præsumptio, quod rescriptum adeo vitiosum processerit extra voluntatem Papæ, & ab alio fuerit falsificatum.

Dicitur autem notanter Error manifestus, & gravis, quin error levis, verbi gratia, defectus unius literæ, vel syllabæ non vitiat ipsa rescripta, cum de facili possit etiam plurium oculos subterfugere. Communis textu expresso in cap. Ex parte 11. de fide Instrumentorum, ibi: "Qui rescriptum apostolicum pro eo, quod in hac conditione spoliatur hæc figura O deest, asserit vitiosum, mandamus quatenus hoc non obtat in negotio ipso ratione prævia procedas." & concordat textus in leg. Qui habebat 54. ff. de manumissis testament. ubi licet testator manumissus unicum suum servum, vocaverit eum Crasticum, cum appellaretur Crastinus, respondetur, Nihil obesse, quod in syllaba errasset, in cujus summatio Bartolus expresse dicit: error in syllaba non nocet.

Error manifestus, & gravis non vitiat testamentā, & alia Instrumenta, v. gr. contractum, modo de voluntate disponentis constat; leg. Error 7. Cod. de Testament. juncto summario, in quo sic expresse habetur: "Error scribentis veritati non nocet, & ideo si apparet de voluntate testatoris, licet per errorem scribentis scripta non fuerit, habetur pro scripta." Et concordat leg. Qui habebat 54. ff. de manumissis testament. §. leg. Imperator & ff. De statu hominum. Et sic tenent Glossa final. in cit. cap. Ad audientiam 11. de rescriptis, & ibi Abbas num. 3. Felin. num. 8. Pirhing. lib. 1. Decret. tit. 3. num. 120. Reiffenstuel. *ibid.* num. 216. & alii passim. Cum enim hæc non transeat per tam multas manus, sicut rescripta apostolica, sed uni Tabelioni ordinarie scribenda committuntur, facilius potest irreperere falsa latinitas, aut alius error incorrectus relinqui; adeoque talis error non vitiat testamentā, seu instrumenta, si ceteroquin sufficienter constat de voluntate testantis, seu disponentis.

Error in nomine, vel pronomine non vitiat testamentum, aut aliam dispositionem, dummodo constat de corpore, sive de quo senserit testator, aut dis-pensens. Communis, textu expresso in leg. Si in nomine, Cod. de Testament. ibi: "Si in nomine, vel pronomine, seu cognomine, seu agnomine testator erraverit, nec tamen de quo senserit, incertum sit, error hujusmodi nihil officit veritati. (Vide verb. Emptio, & Legatum.)"

Rescripta apostolica emanata contra Jus commune, & praxim Curie Romanæ, præsumuntur falsa, & rejici debent; cap. Rescripta 15. caus. 25. q. 2. leg. Rescripta 7. Cod. de precibus Imperat. offerend. leg. ultim. Cod. Si contra Jus. Non enim verisimile est, Pontificem, cujus est Jura tueri, voluisse Jura tot vigiliis excogitata, & firmata, uno verbo, vel rescripto evertere; cap. Ecclesia 57. de election.

Rescripta, & alia quæcumque instrumenta habentia rasuram in loco suspecto, & substantiali, tamquam falsa, & invalida rejici possunt, & nihil probant. Communis, per text. in leg. Licet 5. de crimine falsi, cap. Inter dilectos 6. §. Sed contra, de fide Instrumentorum. §. cap. Cum olim 14. de privi. & præsertim in cap. Cum venerabilis 7. de religiosis domibus, ubi quoddam instrumentum propter rasuram in loco suspecto ad faciendam fidem reputatur invalidum, utpote de Jure suspectum, ibi: Prædicto instrumentum nullam fidem penitus adhibendum propter superflueam scripturam, & rasuram loco suspecto factam, ubi videlicet annotatio temporis rescensetur, & infra: Quia vero instrumentum prædictum, per quod Episcopus Ecclesiam intendebat quoad temporalia vindicare, ad faciendam super hoc fidem, invalidum esse cognovimus, utpote propter prædicta de Jure suspectum, vos ab impetitione ipsius quoad temporalia ejusdem Ecclesie duximus absolvendo.

Rescripta Justitiæ, seu ad lites, re adhuc integra, quo expiant morte concedentis; secus autem quando res non est amplius integra. Communis, ac certa, per text. expressum in cap. Licet undique 30. de Offic. ibi: Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod si jurisdictione à suo sibi Collega delegata, eo vivente uti non ceperit, quia mandatum hujusmodi res integra morte mandatarii expiravit, non habet solus officium judicandi; Si vero ante mortem illius jurisdictionis uti ceperit demandata, vice suas,

suas, & illius poterit adimplere, & concordat cap. Relatum 19. cap. Gratium 20. de Offic. Delegat. cap. Quamvis 6. eod. in 6. & leg. Quia, ff. de Jurisdiction. omnium Judic. cum similibus.

41 Ut autem res non sit amplius integra, sique perpetuo valor rescripti iustitiae, seu ad lites, & Jurisdictionis delegata, requiritur, & sufficit citatio pariter per delegatum ante obitum concedentis, seu delegantis facta; cap. Gratium 20. de Offic. Delegati, juncto ejus Summario, in quo expresse dicitur: Si Delegatus citatus ante mortem Delegantis, perpetua est Jurisdictionis; cap. Nemini 9. de Offic. Legati, ibi: Nemini dubium esse volumus, quin Legatorum Sedis Apostolicae statuta edicta in provincia sibi commissa durent tanquam perpetua, licet eandem postmodum sint egressi; Secus autem, si causas duxerint delegandas aliquibus, cum Jurisdictionis istorum expiret, si ante illorum decessum horum citatio non processit. Sic tenent Abbas in cit. cap. Relatum 5. Barbosa in majorum, num. 13. de Jurisdiction. omnium Judic. Maranta in speculo aureo, part. 4. dist. 5. num. 61. ubi dicit hanc esse communem opinionem.

42 Rescripta gratiae, seu ad beneficia non expirant morte concedentis, etiamsi adhuc res integra maneant. Comm. text. expresso in cap. Si super gratia 9. de Offic. Delegat. & cap. Si cui 36. de Præbend. in 6. Vide verb. Gratia, ut est gratiosum rescriptum, num. 1.

43 Intellige tamen de rescriptis gratiae jam factae; Secus autem de rescriptis gratiae faciendae, text. expresso in cit. c. Si cui 36. de Præbend. in 6. §. final. Vide dict. verb. Gratia, num. 2.

44 Affertur ratio disparitatis. Vid. ibid. num. 3.

45 Rescriptum gratiae factae ad beneplacitum concedentis durat, donec ille illud revocaverit, & qui dem concedens moriatur. Vide ibid. num. 3. & 5.

46 Rescriptum gratiae concessae ad beneplacitum Sedis Apostolicae non expirat morte Papae concedentis. Vide ibid. num. 6.

47 Rescriptum gratiae ad beneplacitum personae, & dignitatis, quae perpetua est, an expirat morte concedentis? Vide ibid. num. 7.

48 Rescriptum gratiae concessae cum clausula: Donec revocaverimus, Donec aliud duxerimus ordinandum; & hujusmodi, durat perpetuo, nisi a concedente, vel successore ipsius revocetur. Vide ibid. num. 8. usque in finem, ubi multa ad rem.

49 Quoad ea, quae concernunt renuntiationem, & revocationem rescriptorum. Vide verb. Privilegium, artic. 3. per tot.

50 Nil frequentius, quam quod rescripta subreptitia, vel obreptitia sint. At nil incertius utrum probare teneatur, vel surreptionem, vel obreptionem esse commissam, is qui rescriptum impetravit, an ille, qui virium hoc opponit. Doctores sane hic mitrum in modum variant. Vide diversas opiniones apud Stryk Juridic. dissertat. volum. 7. disp. 23. cap. 3. num. 34. & plur. sequent.

51 Meo autem judicio distinguendum est subreptionem inter, ac obreptionem. Qui excipit de subreptione, falsas esse dicit adductas circumstantias, & ita videtur litem negative contestari, adeoque veritatem ille qui rescriptum impetravit debet probare, maxime si agatur de rescriptis gratiae, nisi tamen adductae circumstantiae praesumptionem veritatis habeant. At qui obreptitum rescriptum contendit, non impugnat adductas circumstantias, sed non omnes, easque essentialias adductas esse, pluresque adduci debuisse tenet, & in eo suam fundat exceptionem, quod tamen dubium est, adeoque illud docere debet; Bohem. in decret. lib. 1. tit. 12. §. 1. Brunen. ad leg. 11. num. 35. ff. de Interrogat. in jur. faciend. Wames, de Jur. Pontif. consil. 1. §. 2. de rescript.

52 At duo praeterea distingui debent casus. Aut enim excipiens indefinite de obreptione excipit, non omnes essentialias circumstantias adductas esse sine speciali earum mentione, & hoc casu probare ipsi in-

cumbit: aut vero exprimit circumstantias relictas, & 56 ita dubitatur tantum, utrum expressae sint, an vero necessario exprimi debuerint. Prius haud indiget probatione, quum vel ex precibus rescripto adficiendis, vel ipso rescripto, in quo contenta precum repetuntur, de eo statim constare possit. Posterius probandum omnino, & quidem ab allegante, qui suam in hoc fundat exceptionem; Bohemer, ubi supra.

57 Id vero gravius involutum est difficultate, unde constare queat Principem non ita rescripsisse, ubi haec, vel illa qualitas fuisse expressa, vel non expressa; Id enim omnino ad probationem facit: Si enim Princeps nihilominus ita rescripsisset, tamen haec, vel illa qualitas fuisse expressa, vel non expressa, frustra ejus probatio suscipitur.

58 Tria autem qualitatium genera hic sunt observanda. 61 Aliae enim qualitates jam clare, & expresse in jure sunt determinatae, pertinentque ad qualitatem personae, & rei, & haec exprimi omnino debent. Eo vel maxime si leges harum qualitatium expressionem dediderint videantur pro forma, quae servari admittimus debet. Aliae qualitates ex stylo curiae, vel consuetudine principis dependent, non expressa lege, & haec eodem modo sunt exprimenda, cessatque hic arbitrium, quia consuetudine res jam definita est. Aliae demum qualitates nullo jure sunt determinatae, quae si relictas sint, arbitrio Judicis committuntur, quatenus harum relictio obreptionem inducat. Is autem, pensatis singulis circumstantiis, judicavit an talis sit qualitas, quae potuisset retrahere Principem a concessione, si illam non tenuisset; Censet Stryk Jurid. dissert. volum. 7. disp. 23. cap. 3. num. 42. & plur. sequent.

62 Reliquum esset, ut disserteretur de iudicis, quibus vera a falsis rescriptis distinguuntur. Sed ne nimis sim, consule, qui de iis accuratissime, & quidem accommodatae ad forum agi, Bohemer, in decret. lib. 1. tit. 3. §. 18. & plur. seq. Vide etiam, si cupias, qui de ipsis magis expresso, & majori eruditione tractant, Jo. Mabillon. de re diplom. Henneccium de sigill. Hertium de fide diplom. & Joan. Eisenart. de Jur. diplomat.

Vid. Addit. omiss. ad fin. tom. pag. 493.

RESERVATIO CASUUM.

SUMMARIUM.

- 1 RESERVATIO quid sit, & casus reservatus: per actum reservationis quis praecipue officatur: approbati in una diocesi poterunt in eadem absolute a reservatis in alia: datur in ecclesia Dei reservandi facultas, ad num. 6.
- 2 Quae peccata reservanda: in quibus vel non resident praedicta facultas; quinam casus a Summo Pontifice, Episcopis, & Praelatis regularibus possunt reservari, ad n. 26.
- 3 A quibus casibus possunt Cathedralium Penitentiarum absolvere: ab omnibus reservatis quis absolvet: ab inferiori Confessario, an urgente necessitate, penitens queat absolvi, ad n. 34.
- 4 Quid in articulo mortis, & necessitate celebrandi, & communicandi: absolvi a reservatis petens, si alterius reservati non recordatur, a quovis Confessario absolutionem casus oblii consequitur, ad num. 37.
- 5 Varii casus referuntur in quibus Confessarius quid efficere debeat designatur, ad num. 52.
- 6 Novae add. ex aliena manu.
- 7 Responso ad Auctorem ex aliena manu.

RESERVATIO casuum est negatio Jurisdictionis ad aliud quod peccatum absolvendum; Est in re communit. Hinc casus reservatus est peccatum, cuius absolutio non permittitur cuivis simplici, & inferiori Confessario, sed ea reservatur, & manet penes Superiorem illius

illius simplicis, & inferioris Confessarii, aut penes alterum Confessarium a Superiore ad id specialiter Delegatum; Ita in re Communit.

3 Dicitur autem notanter, Cuius absolutio non permittitur cuivis simplici, & inferiori Confessario, ad denotandum, quod per actum reservationis principaliter, ac directe afficitur solummodo persona Confessarii, ejus Jurisdictionem arcendo, ac limitando; & indirecte solum persona ipsius poenitentis, eo quod a tali Confessario ob defectum Jurisdictionis a casu reservato absolvi non possit. Sic inter alios recte notat Fagn. in cap. Omnis utriusque sexus 12. de poenitentis, & remissionib. num. 78. & seq.

4 Hinc poenitentes confluentes ex alia diocesi cum peccatis in ea reservatis possunt absolvi a Confessario Regulari in diocesi, in qua est approbatus, si in ipsa talia peccata non sint reservata, & tales poenitentes in fraudem reservationis pro obtinenda absolutione ad eam non confluerint. Sic expresse Clemens X. Const. incip. Superna, §. 6. ibi: Decernimus, & declaramus: posse regularem Confessorem in ea diocesi, in qua est approbatus, confuente ex alia diocesi in peccatis in ipsa reservatis, non autem in illa, ubi idem Confessor est approbatus, absolvere, nisi eisdem poenitentibus moverit in fraudem reservationis pro absolutione obtinenda migrasse. Posse enim Regulares intra diocesis Episcopi approbantis absolvere etiam poenitentes alterius diocesis, jam expresse declaraverat Saer. Cong. apud Fagn. lib. 5. Decr. in cap. Omnis de poenitentis, & remission. n. 79. quia ipsi habent jurisdictionem a Papa, ex Clement. Dudum, §. statimus, de sepulchris, ut notat Glossa in c. 2. antefigurationem casus, de poenitent. & remission. in 6. cuius jurisdictione non restringitur ad limites alicujus territorii; cap. Cuncta per mundum 17. caus. 9. quest. 3. sed universus orbis est sua diocesis, cap. Per principalem 21. ead. caus. & q. ut cum aliis observat Fagn. l. c.

5 An autem possint similiter dicti poenitentes confluentes ex alia diocesi sic absolvi a Confessario seculari? Negant cum aliis Fagnanus l. c. n. 70. Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 2. art. 4. Medina lib. 1. c. 10. Graffius lib. 4. cap. 18. num. 56. & alii: At vero affirmat jam communis Doctorum sententia cum Cajetano, Henriquez, Suarez, Vasquez, Bonacina, Cabassuto Juris Canon. theoria & prax. lib. 3. c. 13. ubi solidas adducit rationes, ac dicit, quod constans usus, & regula receptissima est in omni causa delicti judicandum esse rem secundum jura ipsius loci ubi judicatur inter reus; Aubert. Qua in provincia, Codic. Ubi de crimine agi oportet; cap. Placuit 4. caus. 6. q. 3. cum similibus. Et sic Pontas verb. Casus reservati casu 12. & 15. Felix Potestas, tom. 1. p. 4. c. 5. n. 3307. Matthaecus. Causula Confessarii l. 1. c. 8. n. 5. & 6. & alii passim, ac servat universalis praxis, & consuetudo, quae est optima legum interpretis; leg. Si de consuetudine 37. ff. de leg. cap. Cum dilectus 8. de consuetud. (Vide verb. Consuetudo.) Et ratio est, quia est fere impossibile, quod Confessarius possit cognoscere omnes poenitentes, an sint diocesani, vel non, & scire omnes & singulos casus reservatos in diocesis eorum, qui ad se confessionis gratia conflunt, ad quod teneretur, si eos non posset absolvere: Quod tamen, ut nimium onerosum, ac fere impossibile, nullus Episcopus ab his, quos ad confessiones excipiendas admittit, solet exigere; Tum quia in hoc par videtur ratio de Confessario Seculari, ac de Regulari. Si ergo id potest Regularis, poterit etiam Confessarius secularis, quia ubi eadem est ratio, eadem est Juris dispositio; leg. Ideo 27. §. de Leg. leg. illud 32. ff. ad leg. Aquil. & cap. Inter corporalia 2. de translat. Episcop. Cum ratio legis sit anima Legis; leg. Cum ratio 7. ff. de bonis damnator. (Lit. A pag. 198. col. 2. prop. med.) Non possunt tamen tales poenitentes absolvere a dictis casibus reservatis tam Confessarii Regulares, quam Seculares, si consulto, & ex industria veniant ad eos pro obtinenda absolutione in fraudem reservationis a proprio Episcopo factae, ut expresse declarat Ferrar. Biblioth. Tom. VIII.

Clemens X. in dict. const. incip. Superna: per verba adducta sub num. 4. Fraus enim, & dolus nulli patrocinari debent, cap. Ex literis 2. de dolo, & contumacia, c. Sedes 15. & cap. Ex tenore 16. de Rescript. cap. Tux 12. de Clericis non residentib. cap. Offici 14. de Tertiam. L. in fundo 38. ff. de rei vindic. L. Cum 8. ff. de transact. l. Si legatarius 25. Cod. de legatis cum similibus (Vide lit. A pag. 175. num. 51.)

6 Certum esse dari in ecclesia Dei potestatem reservandi aliqua peccata a Superioribus, a quibus inferiores Confessarii absque speciali licentia, & facultate extra mortis periculum absolvere non possunt: patet hoc, praeter continuam praxim, & sensum universalis Ecclesiae, ex verbis Christi Joan. 20. num. 13. ibi: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, & ex Conc. Trid. sess. 14. c. 7. ibi: Magnopere ad christiani populi disciplinam pertinere sanctissimis Patribus nostris visum est, ut atrociora quaedam, & graviora crimina, non a quibusvis, sed a Summis dumtaxat Sacerdotibus absolventur &c. Et infra: Extra quem articulum mortis Sacerdotes, cum nihil possint in casibus reservatis, id unum poenitentibus persuadere nitantur, ut ad Superiores, & legitimos Judices pro beneficio absolutionis accedant.

7 Sola peccata mortalia graviora, & atrociora, externa, certa, ac opere consummata reservari solent, ac debent. Unde reservatio non est facienda, sicut neque excommunicatio major non est ferenda pro venialibus, aut mortalibus jam confessis. Communis cum Sporer tom. 3. part. 3. cap. 6. num. 730. Layman lib. 5. tract. 6. c. 12. num. 3. Henricz disp. 6. de poenit. n. 6. & seq. Mastrio in theol. moral. disp. 31. quest. 9. n. 224. Et ratio est, quia reservatio ab ecclesia insituta est ad coercenda delicta atrociora, & graviora, ut constat ex Concil. Trid. sess. 10. cap. 7. ibi: Atrociora quaedam, & graviora crimina; Tum quia venialia, & mortalia jam confessa sunt materia libera: unde cum non sint necessario confitenda, eorum reservatio esset inutilis.

8 Potestas reservandi peccata, & casus residet in Summo Pontifice respectu totius ecclesiae. Communis & certa. Item in Episcopis respectu suarum diocesium, pro quibus veniunt omnes Praelati habentes proprium independentem territorium, & Jurisdictionem quasi episcopalem. Communis, & certa. Sicque definitum est in Conc. Trid. sess. 14. de sacramento Poenitentiae, Canon. XI. ibi: Si quis dixerit, Episcopos non habere Jus reservandi sibi casus, nisi quoad externam politiam, utque ideo casuum reservationem non prohibere, quominus Sacerdos a reservatis vere absolvat, anathema sit. Item in Praelatis Regularibus auctoritatem quasi episcopalem habentibus, uti sunt Generales, & Provinciales. Communis, & certa. Vide verb. Praelatus Regularis a num. 53. ad 56.

9 Nullatenus tamen possunt casus reservare Superiores locales. Communis, & certa. Vide d. verb. Praelatus regularis a num. 56. ad 59. Item neque casus reservare possunt parochi in suis Parochiis, quinimmo neque possunt in Confessario sibi eligere Sacerdotem non approbatum ab Ordinario. Vide d. verb. Praelatus regularis n. 59.

10 Papa ordinarie nullum peccatum mortale sibi reservat, nisi propter annexam excommunicationem sibi itidem reservatam. Communis. Dicitur autem notanter ordinarie, quia aliquoties Papa sibi reservat peccatum aliquod absque ulla excommunicatione annexa, ut fecisse Sixtum V. in const. 91. contra male promotos incip. Sanctum, & salutare: notant Lugo disp. 20. de Poenit. sect. 2. num. 27. & Reiffenst. Theol. mor. dist. 9. q. 1. num. 5. & videri potest in Bullario Romano const. 91. dicti Pontificis.

11 De hac reservatione vide Ligotium lib. 6. tractat. 4. num. 50.

12 Nunc autem ex const. Benedicti XIV. quae incipit: Sacramentum: certo reservatus est Summo Pontifici sine censura casus, Quando quis falso accu-

sat Sacerdotem innoxium de sollicitatione apud Judices ecclesiasticos, sive per se ipsum, sive procurando, ut per alios calumniam inferatur.

Alium casum addit Ligorius *loc. cit.* desumptum ab Auctore libri, cui titulus: *Instructio per li Novelli Confessori*, p. 2. c. 15. num. 306. nempe, si quis accipiat dona à Regularibus utriusque sexus, nisi prius totum restituerit, si dona valeant pluris decem scutorum Romanorum, vel si valeant minoris, saltem partem ad arbitrium Penitentiarum. Sed immerito: nam Clemens VIII. cujus constitutioni, quæ incipit: *Religiosæ*: innixa est hæc doctrina, nihil aliud statuit, nisi qui contra interdictum accipiunt dona à Regularibus ad restitutionem teneantur, adeo ut restitutione ipsa realiter non facta, neque etiam in foro conscientia absolvi possint. Ubi de reservatione hac seu recursu ad S. Sedem ne verbum quidem. Sed Summus Pontifex solum declarat incapacem absolutionis eum, qui cum restituere teneatur, nondum restituerit; ut videre est apud Thesaurum de penis ecclesiasticis, verb. Munera, c. 20. verò Clemens: Quam incapacitatem Benedictus XIV. citatus à Ligotio in suo opere, cujus titulus: *Instructio à Prætica per li Confessori*, cap. 13. n. 8. confirmat etiam relate ad Card. Penitentiarum, §. 26. suæ const. quæ incipit, Pastor bonus: hanc tantum illi facultatem concedens, ut qui infra valorem decem scutorum ejusmodi munera acceperint, & injuncta arbitrio ipsius Majoris Penitentiarum, seu Confessarii, per eum eligendi elemosyna, quæ in beneficium religionis, seu conventus, cui de jure facienda esset restituitur, si caute fieri possit, absolvere, seu absolvi mandare possit. *

15 Quinam autem sint casus Papæ reservati? Vide verb. Excommunicatio art. 2. ubi referuntur excommunicationes ipsi reservatae in Bulla Cœnæ, & art. 3. ubi referuntur excommunicationes ipsi reservatae extra Bullam Cœnæ, & art. 4. ubi referuntur excommunicationes nemini reservatae; Et verb. Absolutio art. 1. ubi referuntur sex casus, dicti Clementis, ex quo de ejusdem mandato fuerint reservati intra Italiam, & extra Urbem.

16 Qui vero sint casus ab Episcopis sibi reservati? Inspiciendæ sunt tabulæ casuum reservatorum pro qualibet respectivè diocesi, & hic sufficiat adducere casus reservatos pro hæc Alexandrina diocesi in synodo celebrata die 1. & 2. & 3. Maii 1723. & sunt sequentes.

Primo, Tentantes Monialium pudicitiam, aut cum eis quoquomodo, sive factis, sive scripturis, sive verbis quomodocumque conceptis per se, vel per interpositas personas inhonesta perpetrantes.

2 Qui infantes suffocaverint ob non adhibitam diligentiam, & detinentes in lecto infantes, qui nondum annum expleverint, non adhibita debita, & necessaria cautela parva, ut dicitur, *Cuna*.

3 Qui infantes exponunt, vel exponi faciunt, præsertim locis piis, si habent, unde illos alere possint, nisi eorum locorum damna resarciant.

4 Qui Deum hæreticaliter blasphemaverint, seu maledixerint, aut opprobiosa verba in ipsum, vel Sacratissimam Mariam, Santosque omnes proferre ausi fuerint.

5 Homicidium per se, vel per alios perpetrantes, sive quoquomodo auxiliantes, & consulentes, & abortum procurantes, si ad hæc sequatur effectus, venenante hominum mortifera componentes, vendentes, & dantes ad malum finem.

6 Stuprantes virgines sub promissione matrimonii.

7 Qui ante contractum matrimonium in facie Ecclesie cum sponsa copulam habuerint.

8 Qui Sodomiam active, vel passive commiserint, aut bestialitatis crimen perpetraverint.

9 Qui in primo, vel secundo consanguinitatis gradu, aut in primo affinitatis, vel cognationis spiritualis, incestum commiserint.

10 Qui hebrais pecunias ad negotiationem dederint ad effectum participandi de eorum usuris.

11 Deponentes falsum, vel verum tacentes in notabile præjudicium alterius coram Judice post juramentum præstitum.

12 Qui falsa instrumenta, aut fides falsas in grave damnum proximi confecerint, vel subscriperint, ex quibus rei, vel famæ damnum sequatur, & nonnisi refectis damnis absolvantur.

13 Differentes absque legitima causa solvere debita cujuscumque generis erga pia loca, & propter quamvis piam causam non assolvantur, nisi prævia solutione. Monemus propterea Confessarios omnes, ut antequam penitentes audiant, ab eisdem sciscitentur, an sint debitores priorum locorum, & monasteriorum Monialium ex aliqua causa ad hoc, ut sciant, an sint in statu, ut illis absolutionem impertiri valeant.

14 Componentes, & in publico affigentes per se, per alios carmina satyrica, vel prosas, libellos famosos (vulgo Pasquinare, & Sonetti) quibus proximi famæ, dignitati, seu existimationi detrahatur.

Tandem monemus Parochos omnes, & Confessarios quemlibet adeptam esse facultatem absolvendi complices in quocumque peccato mortali, & quod unusquisque teneatur habere apud se, & in confessionario, sive in loco, ubi confessiones audiri solent, presentem notam casuum reservatorum, sub pena suspensionis ab audiendis confessionibus.

¶ Vide verb. Confessarius, art. 1. num. 88. & 89. & adnotationem subjectam. ¶

Quinam sint casus, qui reservari possunt à Prælati Regularibus, nempe Generalibus, & Provincialibus pro suis respective subditis? Vide verbo Prælati Regularis, à num. 53. ad 55.

Ubi observat, quod casus Regulares à Clemente VIII. limitati, & ibi recessiti sunt tantum undecim, nec possunt Generales pro tota religione sine consensu Capituli Generalis, nec Provinciales pro suis respective provinciis sine consensu Capituli provincialis alios ab illis reservare. Nec tenentur dicti Prælati Regulares omnes illos undecim reservare, sed possunt vel omnes, vel aliquos solos reservare, ut ibi à Clemente VIII. statuitur. In nostra tamen Seraphica Religione sunt omnes reservati, quibus Capitulum Generale addidit pollutionem voluntarie procuratam, si forte non continetur sub lapsu carnis oportet consummari, & inobedientiam contumacem, qualis esse declaratur: *Quando quis irina monitione promissa, factis congruis intervalis, per diem naturalem inobediens perseverat*. Ita habetur in statutis Generalibus Leodii expressis, & tradunt Henno tom. 4. tractat. de penitentia, disp. 8. art. 2. conclus. 2. Sporer tom. 3. part. 3. cap. 6. art. 1. num. 716. & alii. Immo ut habetur in Compilatione Statutorum Sambuce, cap. 7. §. 2. & 3. Casus reservati in nostro Seraphico Ordine sunt novemdecim, & dicto §. 2. sub num. 7. ut nullus ignorantia locus sit, statuitur, quod Provinciales casuum reservatorum tabellamificentiam, & in singulis conventibus publicandam eundem in hunc, qui sequitur modum.

20

21

Tabella Casuum, qui Generali, & Provincialibus reservantur.

1 Nomen Dei, aut Domini Nostri Jesu Christi, 22 aut Deiparæ Virginis Mariæ blasphemantes.

2 Rebus Sacris abutentes.

3 Quicumque in Religionis detrimentum extra Religionem patefacientes.

4 Discordias Patrum, vel depositiones Prælatorum manifestantes.

5 Calumniam in judicio cuiquam imponentes, vel ad faciendum inducentes.

6 Falso, ac scienter quempiam accusantes, & accusantem revelantes.

7 Falsum testimonium deponentes, vel deponendum procurantes, aut alium quomodolibet infamantes.

8 Jurati veritatem negantes, & falsum affirmantes.

9 Ter debite moniti obedire reuentes.

Con-

10 Consummatum carnis peccatum quocumque admittentes.

11 Denarios contra regulam accipientes, tenentes, vel asservantes.

12 Rei sacra, vel notabilis furtum perpetrantes.

13 Religionis bona extra Ordinem dono dantes.

14 Fratribus, vel Secularibus vendentes, aut quovis modo alienantes.

15 Generalis, vel Provincialis, aut eorum Secretariorum literas, tum missas, tum accipiendas impediendes, frangentes, falsificantes, aut quomodolibet interceptantes.

16 Sigillum Ordinis, vel cujusvis alterius Prælati, aut personæ notabilis falsificantes.

17 Libellum famosum facientes, fieri procurantes, inducentes, consulentes, proficientes, vel publicantes.

18 Graviter quemquam percipientes, aut contra Prælatum machinantes.

19 Carnes comedentes, quando Ecclesia, vel regulæ præcepto veritum fuerit, nisi scriptam facultatem ob necessitate à Superiore antea impetraverint.

23 Avertendum est tamen, quod Provinciales non tenentur omnes dictos casus sibi solis reservare, sed possunt sibi reservare aut omnes, aut eorum aliquot, prout subditum utilitati expedire in Domino judicaverint, ut patet ex verbis Clementis VIII. in cit. Decreto relato sub verb. Prælati Regularis n. 53. Unde si non omnes, sed solum aliquot sibi reservent, & aliorum absolutionem aliis sibi subditis Confessariis duxerint concedendam, expedit ut in singulis conventibus eorum Tabellam ad omnium notitiam publicari, & asservari faciant.

24 Regulares non exempti subjacent casibus ab Episcopo reservatis. Silvester part. 1. verb. Casus Reservatus cas. 2. La Croix lib. 6. part. 2. num. 1645. & alii.

25 Episcopus non debet sibi reservare absolutionem illorum, qui non communicant in paschate, sed eis potest penas pecuniarias, & etiam excommunicationis injungere, ut declaravit Sacra Cong. Conc. nam propositis olim in ea dubiis:

I. An Episcopus adversus eos, qui temporibus ab ecclesia statutis, ad Confessionis, & Eucharistia sacramenta negligenter accedere, & penas cap. Omnes utriusque sexus, de penitent. & remissionib. contemnunt; possit etiam ad excommunicationem procedere?

II. An pro Satisfactione penas pecuniarias pro loco applicandas injungere?

III. An expedit talium absolutionem sibi reservare? Die 28. Jan 1587. Sacra Cong. Ad primum censuit licere, nisi forte de proprii Sacerdotis consilio ex rationabili causa Communio ad tempus dilata fuerit. Ad secundum, posse injungi elemosynas alicui pro loco applicandas pro hujusmodi excommunicationum emendatione. Ad tertium, non expedire; lib. 18. Decret. pag. 603. apud Monacell. tom. 2. tit. 13. formul. 1. adnot. ad decret. Communione quotidiana n. 17.

26 Nec debet Episcopus sibi reservare absolutionem eorum, qui non solvunt locis piis id, quod ratione administrationis, vel alia de causa debent, quia hi remediis Juris cogendi sunt. Sic Sac. Cong. Conc. in Castren. 3. Febr. 1635. lib. 15. Decret. pag. 164. apud Monacell. loc. cit. n. 18.

27 Penitentiarum Cathedralium non possunt absolvere penitentes à casibus Episcopo reservatis, nisi ipsemet Episcopus talem specialem facultatem eis concesserit. Nec possunt facultatem sibi concessam aliis delegare. Neque possunt penitentes à censuris, & casibus reservatis sibi concessis absolvere, non audita integra Confessione Sacramentali: Sic Sacra Cong. Concilii in Derthonen. 5. Julii 1647. nam propositis in ea sequentibus dubiis:

I. An Canonici Penitentiarum Ecclesia Cathedralis possit absolvere à censuris, & casibus, tam à Jure Episcopo reservatis, quam ab illis, quos Episcopus sibi reservavit?

II. An Penitentiarum dispensare possit tempore Quadragesime super usu ciborum cum infirmis, & cum

FERRAR. BIBLIOT. TOM. VIII.

illis habentibus attestationem Medicorum atque specialis delegatione ab Episcopo concedenda?

III. An Penitentiarum facultatem, quam habet absolvendi penitentes à casibus sibi concessis, possit alteri Confessario delegare qui absolvat, prout idem Penitentiarum?

IV. An Penitentiarum possit absolvere Penitentes à censuris & casibus reservatis sibi concessis non audita integra Confessione Sacramentali, sed tantummodo ab ipsis casibus reservatis, & pro aliis penitentibus remittere ad alium Confessarium?

Sacra Sc. ad supradicta dubia respondit negativè 29 in omnibus; lib. 18. Decret. pag. 349. apud Monacell. loc. cit. n. 19.

A casibus reservatis, sive Summo Pontifici, sive 30 Episcopis, sive Prælati Regularibus, quinam, & à quibus absolvere possint, vel non? Vide verb. Absolvere, Absolutio per tot.

Dictis adde quod urgente necessitate celebrandi, 31 seu communicandi ad vitandum grave scandalum, & notam infamie, non solum potest penitens ab inferiori Confessario absolvi directe à peccatis non reservatis, & indirecte à reservatis nullam habentibus adnexam censuram reservatam, juxta dicta sub verb. Jurisdiclio numer. 35. & verb. Penitentia Sacramentali art. 2. num. 91. sed etiam id poterit in defectu Superioris, & Confessarii habentis ad id facultatem, quamvis peccata reservata adnexam habeant occultam censuram reservatam, v. gr. censuram reservatam excommunicationis ob occultam Clerici percussione, & ipse Confessarius inferior neque in tali necessitate possit eum absolvere à tali reservata censura. Sic Layman lib. 5. tract. 6. cap. 12. n. 10. cum Henriq. Suarez, Coninch. & aliis ibi citatis. La Croix post Busembaum lib. 6. part. 2. num. 1599. Sporer tom. 3. cap. 6. sect. 2. num. 753. Reiffensuel theol. moral. tract. 14. dist. 9. quest. 2. num. 10. Diana part. 3. tract. 4. resol. 104. part. 5. tract. 13. resol. 10. Felix Potestas tom. 1. part. 4. num. 3123. Card. de Lugo de Eucharist. disp. 14. sect. 5. num. 100. & 102. cum aliis ibi allegatis, Illung. tract. 6. disp. 6. quest. 7. art. 8. §. 1. num. 137. Joan. de la Cruz de excommunicat. art. 2. num. 6. Matthæus. Causela Confessarii lib. 1. cap. 33. num. 44. lib. 2. cap. 35. numer. 24. & seq. accap. 36. num. 9. & 10. & plurimi alii dicentes, quod sic absolutus in tali necessitate licet adhuc remaneat excommunicatus, possit licite celebrare, aut communicare, cum sit recte dispositus. Et ratio est, quia absolutio à peccatis, & infusio gratiæ potest per accidens haberi remanente censura, cum gratia non sit incompatibilis cum ipsa censura, ut si ex inculpabili ignorantia, aut inadvertentia penitens censuram non confiteatur; Vel Confessarius inferior censuræ incensus, aut ignarus, aut ex oblivione, seu aliter, eum solum à peccatis absolvat, ergo etiam in tali casu urgentis necessitatis celebrandi, aut communicandi penitens aliunde dispositus, in defectu Superioris, aut Confessarii potentis, scienter confiteatur Confessario inferiori impotentem absolvere à Censura reservata; quia pro tunc penitens facit quantum potest, & lex ecclesiastica censuram imponens, non presumitur obligare cum tanto detrimento.

Quamvis enim regulariter, & per se loquendo non 32 possit excommunicatus absolvi à peccatis nondum absolutus ab excommunicatione, per accidens tamen in supradicta, & simili necessitate potest absolvi à peccatis nondum absolutus ab excommunicatione reservata occulta. Et ratio est, quia sicuti lex jejunii, & audiendi missam non obligat, cum jejuniari, & missa audiri non potest sine gravi damno, ita nec lex quod absolutio excommunicationis occultæ præmittatur absoluti à peccatis obligat, quando, vel cum gravi scandalo, & nota infamie omittenda esset celebratio, seu communio, vel missa celebranda, & Eucharistia percipienda foret sine absolutione sacramentali; cum omnes istæ sint leges ecclesiasticæ, quæ non obligant cum tanto detrimento. Nec ipse penitens in tali necessitate potest prius etiam ab excommunicatione reservata occulta

ab-

ab-

ab-

ab-

ab-

ab-

ab-

ab-

ab-

absolvi ab inferiori Confessario, cum iste carens potestate ordinaria, vel delegata, nequeat ex communi Doctorum sententia absolvere nec ab excommunicatione occulta reservata, etiam in casu necessitatis, nisi necessitas sit extrema propter periculum mortis, in quo quis simplex Sacerdos in defectu Confessarii approbati, juxta dicta sub verb. Absolutio art. 1. n. 48. & seq. potest absolvere non solum a peccatis, sed etiam a censuris quomodocumque reservatis a Concilio Tridentino, sess. 14. de Penitentia, cap. 7. Dicitur autem fuit notanter ab excommunicatione occulta, quia in nostro casu, si excommunicatio sit publica, absolutio ab ipsa debet præcedere absolutionem a peccatis, & non potest in necessitate celebrandi, seu communicandi absolvi ab inferiori Confessario, quia scandalum non esset, si penitens publice excommunicatus non celebraret, aut non communicaret; sed potius si celebraret, aut communicaret.

33 Nec valet obijcere, quod si hoc esset, excommunicatio non privaret usu, & perceptione Sacramentorum contra expressam prohibitionem in cap. Cum illo- rum 22. & cap. Si quem 59. de sententia excommunicationis. & similibus. Non valet, inquam, quia citati sacri canones, alique privant utique usu, & perceptione sacramentorum per se loquendo; per accidens autem, ut in supradictis casibus necessitatis urgentis, possunt illis non privare. Unde excommunicatus occultus in confessione integre, & cum dolore, ac vero proposito se accusans, in illis casibus recipiet sacramentum, & gratiam, sed non percipiet de Indulgentiis; Extra vero casus urgentis necessitatis, nec celebrare, aut communicare posset, sed remaneret sacris privatus, sicut antea. Sic Joannes de la Cruz loc. cit. num. 6. Mathæus, cit. lib. 2. cap. 36. num. 10. & alii supra citati.

34 Nec valet etiam obijcere, quod si penitens in tali urgente necessitate potest ab inferiori Confessario absolvi etiam a reservatis habentibus adnexam censuram reservatam, debet etiam posse absolvi ab ipsa censura reservata, sicuti potest absolvi penitens in extrema necessitate articuli mortis. Non valet, inquam, quia magna intervenit differentia inter utramque necessitatem; In extrema enim necessitate articuli seu periculi mortis nulla remanet reservatio, adeo ut quilibet simplex Sacerdos, in defectu alterius jam approbati, possit tunc tanquam cum omnimoda facultate approbatus, absolvere penitentem a quibusvis peccatis, & censuris quomodocumque reservatis, ut expresse statuit Concilium Tridentinum, sess. 14. de Penitentia, cap. 7. Nec si convalescat, elapsa tali extrema necessitate, teneatur postea iterum confiteri, aut comparere coram Superiore pro nova absolutione impetranda, quia jam directe, & plene absolutus est ab omnibus peccatis, & censuris quomodocumque reservatis; Et solum teneatur se sistere Superiori in casu quo fuerit irretitus censura reservata, non ut iterum a censura absolvatur, cum jam in tali articulo fuerit pro foro interno ab ipsa directe, & plene absolutus; sed dumtaxat ut ipsius Superioris mandatis pareat, penitentiam, vel remedium ab ipso accipiat, & in foro externo satisfactionem exhibeat; ex cap. de cetero 11. cap. Ea noscitur 13. cap. Quod de his 26. cap. Quamvis 58. de sententia excommunicata. & ex Bulla cœnæ, §. Ceterum, juxta dicta in verb. Absolutio, art. 1. num. 53. & 55. At vero in dicta urgente necessitate celebrandi, aut communicandi, remanet adhuc reservatio, ita ut penitens in ipsa a Confessario inferiore non absolvatur a peccatis reservatis nisi indirecte, quatenus absolvitur ratione concomitantie cum peccatis non reservatis directe absolutus ex vi absolutionis directe cadentis super ipsa peccata non reservata, cum non possit unum peccatum sine alio remitti; nam gratia sanctificationis omnia expellit, ut habetur ex Concilio Tridentino, sess. 14. cap. 5. de Penitentia. & nullimode nec directe, nec in directe remaneat absolutus a censura reservata; ita ut ad differentiam absoluti in articulo mortis teneatur ipse se sistere Superiori, aut Confessario prædico necessa-

ria facultate, ut ab ipso recipiat absolutionem directe a peccatis reservatis, a quibus fuit tantum indirecte a Confessario inferiori absolutus, & a censuris reservatis, a quibus nullo modo fuit absolutus. Neque in tali urgente necessitate absolvi potest a simplici Sacerdote nondum ad confessiones excipiendis approbato, sicuti potest absolvi penitens in extrema necessitate articuli seu periculi mortis, ut docent Gobat tract. 7. num. 381. Palpus tract. 23. part. 15. §. 7. Sporer loc. cit. num. 358. & alii recte dicentes, quod id non permittit usus & consuetudo ecclesie; non enim in tali casu est par, nec tanta necessitas, ac in articulo mortis, cum in hoc articulo id solum permittat ecclesia, & Tridentinum Concilium, sess. 14. de Penitentia, cap. 7. Nec hac occasione aliquis peccat: quod evenire non potest extra dictum articulum, extra quem Concilium ipsum dicit, quod simplices Sacerdotes nihil possint. Immo neque in ipso articulo potest simplex Sacerdos absolvere, si adit Confessarius approbatus promptus ad confessionem moribundis excipiendam, ut dictum fuit sub verb. Absolutio art. 1. num. 51. & 52.

35 Penitens in extrema necessitate articuli seu periculi mortis habens unicum casum reservatum, sine ullis aliis peccatis, sive mortalibus, sive venialibus, potest directe absolvi a simplici Sacerdote, seu Confessario inferiori sine ullo onere comparendi coram Superiore seu Delegato, si convalescat, nisi habeat adnexam censuram reservatam juxta superius dicta. At vero in urgente necessitate celebrandi, seu communicandi, nec directe, nec indirecte potest absolvi a Confessario inferiori: Non directe, quia ad id facultatem non habet Confessarius inferior; Nec indirecte, quia nullum aliud habet, & confitetur peccatum non reservatum, ex cujus absolutionis vi per concomitantiam absolvitur: Sed tunc debet sibi consulere, sicuti qui non habet copiam Confessarii, ut evadat in gratia per contritionem, sicuti non præmissa confessione celebret, aut communicet. Suarez Disp. 30. sect. 3. Layman loc. cit. cap. 12. n. 11. Felix Potestas loc. cit. num. 3125. Sporer loc. cit. num. 757. & ipso teste alii moderni passim.

36 Consultius tamen est in tali casu ob difficultatem eliciendi actum contritionis; Immo necessarium est, præsertim si velit penitens obtinere absolutionem indirectam ab ipso peccato reservato, putans se non esse sufficienter de ipso contritum, confiteri simul cum ipso aliquod peccatum veniale, vel mortale jam antea confessum, ut sic a d. Confessario inferiori absolvatur directe ab istis, & ratione concomitantie ex vi talis absolutionis, indirecte absolvatur ab ipso peccato reservato; alioquin nulla adesset materia idonea absolutioni directe, nec consequenter indirecte; & aliunde adimplet præceptum de præmittenda Confessione Communioni, ad quod saltem per accidens esse adstrictus etiam in tali casu, si putaret se non esse sufficienter contritum de ipso peccato reservato. Sic cum aliis Cardinalis de Lugo de Sacram. disp. 14. sect. 5. n. 98. Gobat loc. cit. n. 381. Sporer loc. cit. num. 358. Mathæus. Cautela Confessarii lib. 1. cap. 8. num. 11. & alii, cum semper tamen onere comparendi coram Superiore, seu Confessario ad id facultatem habente, ad obtinendam absolutionem directam, ut supra dictum est.

37 Qui confitetur alicui potenti directe absolvere a reservatis, & inculpabiliter obliviscitur alicujus reservati, potest postea a quovis Confessario directe absolvi ab illo reservato oblitio. Sic Covarrubias, Coninch, Ledesma, Navarrus, Reginaldus, Arriaga, Lessius, Tamburin, Lugo, Herincx, Gobat, Busemb. & alii 20. graves Auctores cum Aversa quest. 17. sect. 8. & Viva quest. 11. art. 4. & 6. alique complures apud La Croix lib. 6. part. 2. num. 1449. & 1695. Felix Potestas tom. 1. part. 4. num. 3309. cum Mastro, Pontio, Diana, & communiori Doctorum, Mathæus. Cautela Confessarii lib. 1. cap. 8. num. 13. testans de communi, sicuti etiam tenet, & de communi testatur Cardin. de Lugo de Penitentia, disp. 20. sect. 7. num. 75. & seq. Et ratio est, quia jam ablata est reservatio ob intentio-

tionem implicitam virtuales, seu interpretativas tam penitentis, quam Confessarii, quia penitens dum petit absolvi, virtualiter petit in quantum indiget, & Confessarius intendit absolvere in quantum vi suæ jurisdictionis potest, & penitens indiget juxta clausulam; In quantum possum, & tu indiges. Atqui Confessarius potest a peccatis reservatis absolvere, & penitens indiget, ac absolvi vult ab omnibus peccatis, etiam reservatis; ergo tollitur omnis reservatio, etiam illius peccati inculpabiliter oblitio. Limitant tamen valde probabiliter Gabriel, Angelus, Silvester, Rosella, Bonacina, Dicastill, cum Suarez, Præposito, & aliis in solo casu, quo absolvens intrinsecus esse reservationem tollere, quia, ut cum aliis dicit Dicastill, de Penitentia, dist. 11. num. 14. Non tollitur reservatio, si nulla fiat mentio reservationum, nec adsit positiva intentio illam tollendi; cum tunc non videatur satisfieri intentioni superioris reservantis, quæ est, ut reservatum directe subiciatur clavibus, sicuti ratione reservationis explicite, medicina conveniens imponatur ab illo, qui in reservata habet potestatem.

38 Penitens, qui cum peccatis non reservatis habet casum reservatum a se ignoratum, & bona fide confitetur Confessario non habenti facultatem in reservata, nec percipienti illum casum esse reservatum, absolvitur a non reservatis directe, & indirecte a reservato: cum onere tamen, quod cognita reservatione talis casus, accedat ad Confessarium habentem facultatem, ut ab ipso absolvatur directe. Si autem nullum aliud peccatum habeat, & confiteatur solum ignoratum reservatum, tunc ab eo nec directe, nec indirecte remanet absolutus, ex defectu jurisdictionis Confessarii, & materie penitentis, super quam cadat absolutio directa; Et bona fides excusat quidem ipsum a sacrilegio, non vero quia cognita reservatione teneatur illud confiteri Confessario habenti facultatem in reservata, juxta dicta supra num. 33. & 34.

39 Penitens habet peccatum per se immediate reservatum sine adnexa censura, quamvis invincibiliter ignoraverit esse reservatum, non potest absolvi a Confessario inferiori non habente facultatem in reservata: Bene vero potest ab ipso absolvi, si peccatum non ratione sui, sed solum sit reservatum ratione adnexæ excommunicationis invincibiliter ignoratæ. Sic communior, & verior Doctorum sententia. Et ratio differentie est, quia reservatio non est poena penitentis, sed restrictio jurisdictionis Confessarii ipsam immediate respiciens, ejusque manus totaliter ligans, itaque sive peccator sciat peccatum esse reservatum, sive non, semper sit Confessarii jurisdictioni restricta. Excommunicatio vero est poena immediate respiciens penitentem, qua ab ignorante inculpabiliter non incurritur, textu expresso in cap. Si vero 4. de sententia excommunicata. cap. Ut animarum 2. de constitutionibus in 6. leg. Si ignorans 50. ff. Locati cum similibus, adeoque quamvis committens tale peccatum reservatum ratione excommunicationis ei adnexæ, coram Deo graviter peccet, tamen apud ecclesiam non ligatur ipsa excommunicatione invincibiliter ignorata: cum ad ipsam incurrendam requiratur contumacia, quæ non adest in invincibiliter ignorante esse tali peccaminosæ actioni adnexæ a lege ecclesiastica excommunicationem. (Vide verb. Excommunicatio.)

40 Confessarius non habens facultatem in reservata dubitans post debitum examen, an peccatum a penitente confessum sit reservatum, sive dubium sit juris, v. g. an sit lex reservans tale peccatum; sive dubium sit facti, v. g. cum scitur quidem tale peccatum, puta homicidium, abortum procuratum, adulterium, & hujusmodi, esse a lege reservatum, sed dubitatur, an fuerit commissum, vel simpliciter, vel secundum circumstantias, seu conditiones, quibus est reservatum, an revera sit homo occisus, an advertenter, & deliberate, an ex pharmaco præbito sit revera sequutus abortus; an femina cognita sit ligata, vel soluta, sit consanguinea, aut affinis, & hujusmodi; in utroque dicto dubio, sive dubium sit positivum, cum scilicet

adsunt rationes probabiles pro utraque parte, sive dubium sit negativum, cum videlicet pro neutra parte adsunt rationes probabiles, potest prudenter judicare in favorem penitentis, quod tale peccatum non sit reservatum, & ipsum absolvere; Sic communis Doctorum in casu dubii positivi, & satis communis in casu dubii negativi, teste Sporer loc. citat. num. 733. cum Henriquez, Suarez, Sanchez, Bonacina, Card. de Lugo, Diana, Tamburin. aliisque ibi citatis. Felix Potestas tom. 1. part. 4. cap. 5. num. 3311. cum Mastro, Leandro, Arsedekin, & aliis ibi allegatis. La Croix post Busemb. lib. 2. part. 2. n. 1599. in fine, & n. 1604. cum aliis ibi citatis, Gobat tract. 7. num. 356. cum aliis ibi adductis. Et ratio est, quia res tam odiosa, ut reservatio, non est extendenda ad casus dubios, sed ad solos claros, & perspectos, ac certe reservatos, arg. cap. Odia 15. de Reg. Jur. in 6. Tum quia semper in dubiis benigniora præferenda sunt; leg. Semper 56. ff. de Reg. Juris., ac in re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus justius, quam tutius est; leg. Ea quæ 102. ff. eod. de Reg. Juris., & in ambiguis rebus humaniorem sententiam sequi oportet; leg. Si fuerit 10. ff. de rebus dubiis. (Vide verb. Conscientia, præcipue pag. 306. in addit. noviss. col. 2.)

Nec valet obijcere, quod Clemens VIII. anno 1601. ad die 9. Januar. prohibuit absolutionem a casibus non solum clare, sed etiam dubie contentis in Bulla Cœnæ, adeoque &c. Non valet, inquam, quia idem Clemens moderavit illum suum primum Decretum per aliud editum die 29. Novemb. 1602. in quo ea de re omisit illas particulas clare, vel dubie contentis, quod confirmat nostram sententiam de certitudine requisita ad reservationem, ut cum multis tradit Gobat loc. cit. num. 357. La Croix loc. cit. num. 1604. Verricell. tract. 8. quest. 16. & Felix Potestas loc. cit. num. 3313. testans de communi.

41 An autem si post confessionem ejusdem peccati dubii apud Confessarium carentem potestate in reservata, penitens certò cognoscat suum peccatum revera fuisse reservatum, teneatur tunc recurrere ad habentem facultatem? Negant absolute Gobat loc. cit. num. 338. & alii apud ipsum, Mastro, Leander, & Sporer loc. cit. num. 714. & alii, quia, dicunt ipsi, absolutio non fuit data sub conditione: Nisi postea constet peccatum esse vere reservatum, sed absolute; atque tanquam sub eo dubio revera non reservatum, jam directe absolutum, & remissum fuit; Ex præsumpta enim voluntate superioris quamdiu peccatum est dubium, relinquatur jurisdictioni, cum non censeatur velle reservationem in dubio, nisi exprimat. Affirmant autem absolute alii citati, & sequuti a Felice Potestate loc. cit. numer. 3312. & si tale peccatum erat reservatum ratione sui, & non ratione censuræ adnexæ, tenet recte La Croix loc. cit. num. 1693. citans etiam Cardin. de Lugo disp. 20. ad num. 20. Et ratio est, quia sicuti in casu necessitatis, aut si quis bona fide per inadvertentiam fuisset ab inferiore absolutus, reservatio non esset sublata, sed teneretur penitens elapsa necessitate, & cognito errore, recurrere ad Superiorem, ita & in hoc casu, sicuti dictum est supra num. 33. 34. & 35. & sub verb. Penitentia Sacramentum, art. 2. num. 129. de peccato confessio in dubio, & postea cognito ut certo; Quæ sententia affirmativa est in praxi tenenda, quamvis sit probabilis etiam prima opinio negativa, ut asserit La Croix loc. cit. num. 1693. allegatis Sa, Hurtad. Portel. Sporer, Gobat, Dicastill. & aliis: ac satis probabilem dicit etiam cum aliis Cardin. de Lugo loc. cit. num. 22. & seq.

42 Quæ ad Superiorem petit, & obtinet licentiam, sive 43 per se, sive per Confessarium, ut possit absolvi a reservatis, si post obtentam talem facultatem iterum committat alia peccata reservata; Si petitio, & concessio licentia fuit ad certa reservata jam commissa, talis licentia non extenditur ad alia postea commissa; Si vero fuit petita, & obtenta facultas generatim, ut possit absolvi a reservatis, tunc facultas extenditur etiam

etiam ad posteriora reservata post obtentam facultatem commissa. Sic Lugo, Tamburin. Stoz. Dicastill. Gobat, Sporer citati & sequuti à La Croix loc. cit. numer. 1692. ubi cum Sporer loc. cit. num. 765. subjungit, quod id verum est, etiamsi poenitens ex confidentia illius gratie sepius peccasset. Et universaliter docent Sanchez, Reginald. Lugo, Bonacina, Beja, Dicastill. Aversa, Navarr. Suarez, Henriquez, Filliuc. Bossius, Viva, cum ipso loc. cit. num. 1451. & 1692. Si quis ideo committat reservatum, quia jam est Jubilæum, quia hoc peccatum specialiter non reservatur, in similibus tamen casibus, præsertim extra Jubilæum attente consideranda sunt verba petitionis, & concessionis judicandum est juxta præsumptam mentem, & verba concedentis, & non aliter.

44 Pueri usum rationis habentes ante annos pubertatis, nempe ante annum 14. incurrunt casus reservatos. Card. de Lug. de Sacrament. Poenitent. disp. 20. num. 10. cum Homobono, Lazario, & Fiorono ibi citatis. Tamburin. tom. 2. pag. 40. de casibus reservatis, num. 5. Felix Poestas, tom. 1. part. 4. num. 3306. La Croix lib. 6. part. 2. num. 1591. Aversa, & alii apud ipsum contra Paludanum, Graffium, & alios. Et ratio est, quia reservatio est medicina, qua æque indigent impuberes, ac puberes, ipsique est valde utilis, ut à gravius peccatis detererentur. Nullas autem diffligi pueri impuberes incurrunt reservatas censuras, ut tenent, ultra citatos Doctores, Fagundez, Sa, & alii allegati, & sequuti à Felice rom. 1. pag. 5. num. 4391. contra Azorium, Vasquez, & alios volentes, ipsos impuberes incurrere censuras latas à jure, licet non incurrant latas ab homine. Et ratio nostra est, quia ex cap. Pueris 1. & cap. Referente 2. de delictis puerorum, pueri infra annum 14. simpliciter eximuntur à poenis. Unde ubi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus; cap. Quia circa 22. de privileg. leg. Non distinguemus 32. ff. de receptis arbitris, leg. Preses 3. ff. de Officio Præsulis, leg. De pretio 8. ff. de publiciana in rem action. (Vide lit. C pag. 31. num. 8.) Tum quia in poenis benignior est interpretatio faciendâ; cap. poenis 49. de Regul. juris in 6. cap. Statutum 22. de election. in 6. leg. Factum 155. ff. de Regul. juris, leg. Cum quidam 19. ff. de liberis, & posthumis. (Vide supra num. 40.)

45 Societates quædam ex vi suorum privilegiorum non possunt ullo modo in quibusdam anni solemnitatibus eligere sibi Confessarium, à quo à casibus Episcopo reservatis, sine Episcopi licentia absolvantur, ut præter decisiones Sacre Congregationis ferunt literæ Benedicti XIV. incip. Pias Christianifidelium: relatæ in Tract. de Synodo dioces. lib. 5. §. 9. nov. edit.

46 Denique accedentes in fraudem ad aliam diocesim, ut absolvantur à reservatis suæ Diocesis, absolvi non possunt, ex Bulla Clementis X. incipient. Superna. Ibidem.

47 Canonicus Poenitentarius vi sui muneris nullam habet facultatem absolvendi peccata Episcopo reservata, ut à Sacra Congregatione Concilii decisum referunt. Ibid. §. 8.

48 Ad solum Romanum Pontificem, Episcopos, & Prælatos inferiores habentes jurisdictionem quasi Episcopalem cum territorio separato pertinet reservatio casuum ex doctrina Conc. Trid. & decisionibus Sacre Congregationis. Ibid. §. 11.

49 Quamquam reservatio fieri potest extra synodum, multa tamen suadent, ut potius in synodo fiat; ideo præsertim, quia non desunt Theologi cum P. Roncaglia tenentes, leges ab Episcopo latas extra synodum esse cessante cessare, cum ea tantummodo, quæ in synodo fiunt ab Episcopo, legis plenam auctoritatem obtineant. Ibid. §. 3.

50 Actus mere internos, nec Summus Pontifex, nec Episcopi reservandos sibi unquam censuerunt. Ibidem cap. 5. §. 5.

51 Regulares non solum reservare prohibentur alia crimina, quam quæ in decreto Clementis VIII. definiuntur; sed nec possunt alia ab iis diversa crimina

illigare censura reservata, ut & firmat Benedict. XIV. ex decret. quodam Sacre Congregat. Episcop. & Regul. Ibid. §. 5.

Alia vide verb. Approbatio, verb. Confessarius, verb. Jubilæum, verb. Moniales, art. 3. à n. 9. & 23. & art. 5. num. 81. verb. Novitius, verb. Prælati Regularis, verb. Regulares.

In hoc articulo Auctor multa ex laxioribus Casuistis excerptis, quæ ad christianæ ethices normam nullo modo sustineri posse, Censores animadvertunt, quare quæ à num. præsertim 31. usque ad 43. adducuntur, ea non sunt passim admittenda, sed si consulendi Auctores, qui rem exactius tractarunt, ut Antoine, Franzoja, &c. Vide quæ diximus in Additione ad verb. Confessarius, art. 1. §.

Asi tradita ibi à me sunt suffulta & ratione, & auctoritate classicorum Auctorum; immo aliquorum, quia sua opera typis tradiderunt Romæ, ut inter alios Mattheucius noster in Cautela Confessarii, editionis Romane cum solitis sine ulla censura revisionibus, & approbationibus ut ibi videre est locis à me citatis, & iste certe non est laxior Casuista. Et Antoine, ad quem Theologus lætorum amandat in tractat. de Poenit. art. 2. de casibus reservatis, quest. 5. An Sacerdos approbatus carens potestate absolvendi à reservatis, possit aliquando directe absolvere à non reservatis, & indirecte à reservatis? R. circa hoc duplex est sententia. Prima, quæ est communis, docet, id posse in duobus casibus. Primo, si poenitens inculpate oblitus est aliquod reservatum, vel si bona fide illud confiteatur Sacerdoti non advertenti esse reservatum..... Unde merito censetur Ecclesiam tunc dare potestatem absolvendi directe à non reservatis & indirecte à reservatis cum onere postea reservata confitendi Sacerdoti habenti potestatem in illa. Quam sententiam Sanctus Carolus tenendam proponit in sua diocesi in qua prouide dat hanc potestatem: volunt autem, Episcopos censeri eandem potestatem concedere hoc ipso, quod non contradicunt sententiæ communi id assenti, quam ignorare nequeunt. Secundo, si Sacerdos, habens reservata, nequeat omittere celebrationem Sacri sine gravi scandalo, nec adsit Confessarius habens potestatem in reservata; quia cum quilibet sibi peccati mortalis conscius teneatur Confessionem Communioni credibile non est Ecclesiam sic instituisse reservationem, ut tunc à peccatis absolvi nequeat, directe quidem à non reservatis, & indirecte à reservatis, mallegue eum cum incerta contritione non confessum celebrare, quam Confessionem Communioni præmittere..... Secunda sententia negat, in ullo casu extra mortis periculum posse; quia peccata non reservata remitti nequeunt sine reservato, nam unum mortale sine alio remitti non potest, &c. & pergit probare argumentis, quibus utuntur Patroni secunde sententiæ. Unde cum Clarissimus P. Antoine asserat expresse, quod prima sententia, quæ est illa mea, communis est, & eandem tenendam in sua diocesi mandat Sanctus Carolus; Hinc habes erudite lector quid in his sit sentiendum. §.

RESIDENTIA, RESIDERE.

SUMMARIUM.

- 1 RESIDERE in ecclesia, vel præbenda quid sit, & importet.
2 Ad residendum non sufficit commorari personaliter, & existere in loco beneficii, sed insuper requiritur, quod Beneficiarius personaliter deserviat ecclesie in divinis officiis.
3 Beneficiarius debet per se ipsum personaliter præstare ecclesiasticum ministerium, nec potest per alium.
4 Residentia est duplex, una vera, & altera ficta; & quæ sit utraque.

Spec-

5 Spectato Jure communi omnia beneficia requirunt residentiam.

6 Ex generali tamen consuetudine beneficia simplicia eam non requirunt, nisi fundator oppositum statuerit, aut statutum, vel legitima consuetudo alicujus particularis Ecclesie eam requirant.

7 Episcopi, & Parochi tenentur ad residentiam personalem non solum de Jure canonico, sed etiam de Jure divino. Et Episcopi nunc attendere debent novissimam Constit. Benedicti XIV.

8 Beneficia non Curata obtinentes tenentur ad residentiam de solo Jure canonico, atque ex primæva fundatorum dispositione per sacros canones approbata.

9 Quoad ea, quæ concernunt Canonicorum residentiam, & quibus poenis subjacent non residendo, remissive.

10 Quoad ea, quæ concernunt Episcoporum residentiam, & quibus poenis subjacent non residendo, remissive.

11 Quoad ea, quæ concernunt Parochorum residentiam, & quibus poenis subjacent non residendo, remissive.

12 Quid circa residentiam Clericorum simplex duntaxat beneficium habentium?

13 Episcopi residere debent in suis diocesium, à quibus non licet ipsis quotannis abesse tribus mensibus sine justa causa.

14 Subnectuntur Supplementa Auctoris, ad n. 23.

24 Add. subsequuntur, ad n. 28.

RESIDERE in ecclesia, vel præbenda nihil aliud est, & importat, quam commorari in loco beneficii, & ecclesie in divinis officiis personaliter deservire; Sic in re Communis per text. in cap. Quia nonnulli 3. de Clericis non residentibus, ibi: Cum igitur ecclesia, vel ecclesiasticorum ministerium commisit debuerit, talis ad hoc persona queratur, quæ residere in loco, & curam ejus per seipsum valeat exercere; cap. Relatum 4. eod. tit. ibi: Cum in Lateranensi Concilio statutum sit, ut persona tali ecclesia, vel beneficium ecclesiasticum conferatur, quæ residere in loco, & curam ejus per se valeat exercere; cap. Conquerente 6. in eodem tit., ibi: Vel quod eadem ecclesia non deserviat.

Ex quibus textibus clare patet, quod non sufficit commorari personaliter, & existere in loco beneficii, sed insuper requiritur, quod Beneficiarius personaliter deserviat ecclesie in divinis officiis. Unde Canonicus quavis personaliter sit præsens in loco ecclesie cathedralis, vel collegiæ, si nunquam accedat ad chorum, & capitulum, non censetur residere, text expresso in cap. Consuetudinem univ. de Clericis non resid. in 6. ibi: Illi quicumque in civitatibus, seu aliis locis, in quibus ipsæ consistunt ecclesie, sint præsentet, & ibi Glossa communiter recepta verb. Præsentet: ubi sic expresse habet: Quid enim prodest præsentia in loco, ex quo divinis non adsumt, propter quæ sunt beneficia constituta?

Item ex dictis textibus manifeste patet, quod Beneficiatus debet per se ipsum personaliter præstare ecclesiasticum ministerium in loco beneficii, & in divinis officiis ipsis ecclesie deservire. Ecclesiasticis enim beneficiis requiruntibus residentiam, locum non habet Regula 68. Juris in 6. Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum, (Ad rem vid. lit. R. pag. 6. n. 43.) quia hæc Regula patitur exceptionem, quoties electa industria, & fides persone, cui aliquod committitur, ut patet in cap. Quoniam 43. §. Is autem, de Officio Judicis Delegati, & cap. Is, cui 12. eod. in 6. Sic autem in beneficiis ecclesiasticis censetur electa industria, & fides persone ad per se ipsam personaliter residendum, & ecclesie in divinis officiis deservendum; cap. Quia nonnulli 3. cap. Relatum 4. cap. Conquerente 6. de Clericis non resid. & cap. univ. eod. in 6. cum similibus. (Lit. D pag. 45. n. 42.)

Residentia est duplex, una vera, & altera ficta. Residentia vera est illa, quæ Beneficiarius vere, ac realiter præsens est in loco beneficii, hujusque onera, seu officia per semetipsum personaliter exercet. Residentia ficta est illa, quæ Beneficiarius ex legitima causa

absens habetur ex quadam Juris fictione pro præsentis saltem ad lucrandos fructus grossos; cap. De cetero 7. & cap. Ad audientiam 15. de Clericis non residentibus, ubi duo Canonici absentes in servitio Episcopi hac Juris fictione habentur præsentibus, seu residentibus. Vel etiam ad lucrandas distributiones quotidianas; cap. Consuetudinem univ. de Cler. non resid. in 6. ubi Canonici infirmitate, seu justa, ac rationabili corporali necessitate, aut evidenti Ecclesie utilitate impediti, licet absentes, habentur hac Juris fictione præsentibus, seu residentibus; Concilio Tridentin. sess. 24. de reform. cap. 8. ubi statuit, quod Canonicus Poenitentarius pro præsentibus in choro censetur, dum audit Confessiones in ecclesia: Qui dum Confessiones in ecclesia audit, inter præsentibus in choro censetur. Et sic etiam Juris fictione censentur residere in suis parochialibus Parochi illi, qui ex legitima causa absentes deservunt suis parochis per idoneos Vicarios; cap. Extirpandæ 30. §. Qui vero, de Præbend. Barbosa 1. 3. Decretal. tit. 4. n. 9. Pirhing, ibid. n. 2. Reiffenstuel ib. num. 7. & alii passim.

Spectato Jure communi, omnia beneficia requirunt residentiam; Abbas in cit. cap. Extirpandæ 30. §. Qui vero num. 30. asserens, quod beneficium quantumcumque minimum de Jure communi requirit residentiam; Fagnan. in cap. Cum omnes 6. de Constit. num. 14. Reiffenstuel loc. cit. num. 8. & alii communiter per text. in cap. Ex parte 8. cap. Inter quatuor 10. de Clericis non resident. cap. Ad hæc 13. de Præbend. ibi: Cum singula officia in ecclesiis arduitate exigant personarum, & concordant cap. Ex gestis 2. cap. Clericos 17. de Clericis non resid. cap. Super inordinata 35. de Præbend. cum similibus. Et quoad beneficia simplicia, idipsum desumitur ex cap. Eleutherius 11. cap. Clericus 4. & cap. Clerici vero 5. dist. 91. cap. Si quis in Clericis vero 5. dist. 91. cap. Si quis in Clerico 29. caus. 17. quest. 1. & cap. Conquerente 6. de Clericis non residentibus, in cujus summiario sic expresse habetur: Qui non residet in beneficio, etiam modice assimilationis illo privatur.

Dicitur autem notanter spectato Jure communi, 6 quia ex generali consuetudine totius ecclesie beneficia simplicia residentiam-personalem non requirunt; Unde sic Beneficiati possunt per alios eisdem deservire, nisi fundatores clare, & expresse oppositum statuerint; Abbas in cap. Cum omnes 6. de Constitutionibus num. 14. Fagnan. ibid. num. 4. & seq. citans Rotam apud Cardin. Seraphin. decis. 639. num. 5. & alios Felinus in cap. Dilectus 29. de Rescriptis num. 1. Vallensis lib. 3. Decretal. tit. 4. num. 3. & 4. Reiffenstuel ib. num. 9. Garcias de beneficiis part. 3. cap. 2. num. 3. & 11. ad sequent. Zerola part. 1. praxis episcop. vers. Beneficium §. Ad septimum vers. Octava conclusio; allegans declarationem Sacre Congregationis in hæc verba: "Obtinens beneficium, quod sit simplex, & sine cura animarum, & extra ecclesiam collegiatam, nec personalem residentiam ob aliam causam requirens, non tenetur in eo residere, sed ad inserviendum illi per vultum, qui probatus sit ab Ordinario;" ubi notanda est illa clausula: Nec personalem residentiam ob aliam causam requirens, quæ clare demonstrat, quod licet, spectato Jure communi, seu potius generali consuetudine, beneficia simplicia residentiam personalem non requirant; si tamen fundatores expresse obligaverint sic beneficiatos ad residentiam personalem, vel talis obligatio legitime inducta esset ex statuto, vel consuetudine alicujus particularis ecclesie, sine ullo dubio tenerentur tales Beneficiati personaliter residere, & per semetipsum inuncta ecclesiastica servitia præstare, prout, teste Garcia de beneficiis part. 3. cap. 2. num. 11. & 12. pluries resolvit Rota, & signanter in una Calaguritana Beneficii de Natarrete 10. Junii 1588. coram D. Pamphilio, & in una Casaragustana Fructuum 4. Junii 1600. coram D. Corduba.

Episcopi, & Parochi tenentur ad residentiam personalem, non solum de Jure ecclesiastico, seu canonico, sed etiam de jure divino, & naturali. Colligi-